

## L.V.P.A.e Seminarium Vindobonense MMIX

Fiet media in urbe, a die 2 usque ad diem 8 mensis Augusti anno 2009.  
Instituatur a LVPA et a Facultate Philologiae Classicae Universitatis Vindobonensis. Omnes,  
qui Latinitatem vivam amant, Latine loqui cupiunt, ex animo invitantur!

Acroases, scholae et alia agenda fient in aedibus *Universitatis Studiorum Vinodobonensis* et *Instituti Philologiae Classicae*, quorum inscriptio cursualis constat:

Dr.-Karl-Lueger-Ring 1, A-1010 Wien, Austria,

<http://www.univie.ac.at/> <http://www.univie.ac.at/klassphil/>

Erunt gradus docendi duo: *tironum* et *perite loquentium*. Praeter scholas varias, acroases et excursiones intererimus quoque inaugurationi festivae, missae Latinae, festo finali; aderunt etiam verisimiliter poetae Latini, qui carmina sua coram recitabunt.

**Deversorium** nostrum, cui nomen *Academia Hotel*, prope universitatem situm est; si libet, paginam inspiciatis: <http://www.academia-hotels.co.at/>

Pretia "*Occidentalium*"<sup>i</sup> totius seminarii in conclavibus cum balneo et secessu erunt:

- a) Pro victu et pernoctatione: 340 Euronis (conclave 1 lecti), 255 (2 lect.), 235 (3 lect.);
- b) Pro contributione generali: 70 Euronis (adultis), 35 (studentibus).

Pretia "*Orientalium*" totius seminarii in conclavibus cum balneo et secessu erunt:

- c) Pro victu et pernoctatione 279 Euronis (1 lect), 207 (2 lect.), 192 (3 lect.);
- d) Pro contributione generali: 40 Euronis (adultis), 20 (studentibus).

Excursiones fient ad minimum duae ad:

- splendidum et praeclarum *Museum Historiae Artis Vindobonense (Kunsthistorisches Museum)*, ubi exhibitionem maximam antiquam lustrabimus
- ruinas oppidi antiqui non longe a Vindobona siti c. n. *Carnuntum*. Ducet nos ipse prof. Curtius Smolak, qui Vobis iam ex altero seminario Vindobonensi notus est et etiam in conventibus ALF et illis Neapoli ac Segedini peractis orationes habuit perpulchras.

Plurima de seminario mox apparebunt in interretiali pagina LVPAe <http://www.lvpa.de/html/recentissima.htm> Ibi etiam schedam inscriptionis moderatoribus mittendam invenietis.

Ad quaestiones respondebunt:

- **Inga Pessarra - Grimm**, LVPAe praeses: [inga\\_pg@gmx.de](mailto:inga_pg@gmx.de),  
Nordstr. 39, D-59174 Kamen, tel./fax (+49) 2307/15617
- **Barbara Dowlasz**, moderatrix localis, [contracta@poczta.fm](mailto:contracta@poczta.fm),  
Landstrasser Gürtel 11/9, A-1030 Wien, tel. mob. (+43) 676 311 67 07
- **Dagmar Weltin**, moderatrix localis, [a0002309@unet.univie.ac.at](mailto:a0002309@unet.univie.ac.at)  
tel. mob. (+43) 699 812 603 89

---

<sup>i</sup> Civitates "*Occidentales*" sunt: Austria, Australia, Belgium, Britannia, Canada, Civitates Foederatae Americae, Civitas Vaticana, Dania, Finnia, Francogallia, Germania, Graecia, Helvetia, Hibernia, Hispania, Iaponia, Italia, Lichtenstenum, Lusitania, Luxemburgum, Mariniana R.P., Monoecus, Nederlandia, Norvegia, Suetia. Ceterae civitates in numerum civitatum "*Orientalium*" ducuntur.